uit eum dicens. Domine adiuva me. Qui respondens ait.
Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canib(us).
At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de
micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens
ihesus ait illi. O mulier magna est fides tua fiat tibi sic
uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset
inde ihesus venit secus mare galilee et ascendens in monte(m)
sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habe(n)-
tes secum mutos cecos et claudos debiles et alios multos
et proiecerunt eos ad pedes eius et curavit eos ita ut turbe mira-
rentur videntes autem mutos loquentes et claudos ambu-
lantes cecos videntes et magnificabant deum israel. Ihesus autem
convocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe quia triduo
iam perseverant mecum et non habent quod manducent. Et
dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via [illegible]

oportet eum ire ierosolimam et multa pati a senio(ribus)
et scribis et principibus sacerdotum et occidi et tertia die re-
surgere. Et assumens eum petrus cepit increpare illu(m)
dicens. Absit a te domine non erit tibi hoc. Qui conver-
sus dixit petro. Vade post me sathana. Scandalum mihi es
quia non sapis ea que dei sunt sed ea que sunt hominum.
Tunc ihesus dixit discipulis suis. Si quis vult venire post
me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur
me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere
perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me
inveniet eam. Quid enim prodest homini si mundum uni-
versum lucretur animae vero sue patiatur detrimen-
tum. Aut quam [illegible] homo commutationem pro anima sua.
Filius enim [illegible] venturus est in gloria patris sui cum
angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius [illegible]

II

[...]mus eum ihc dicens. Quid tibi uidetur symon. Reges terre a quibus accipiunt tributum a filiis suis an ab alienis. At ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ihc. Ergo liberi filii sunt. Ut autem non scandalizemus eos uade ad mare & mitte hamum & eum piscem qui primus ascenderit tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem. Illum sumens da eis pro me & te. In illa hora accesserunt discipuli ad ihm dicentes. Quis putas maior est in regno celorum. Et aduocans ihc paruulum statuit eum in medio eorum & dixit. Amen dico uobis nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut suspen[...]

entiam habe in me & omnia reddam tibi. Ille autem noluit sed abiit & misit eum in carcerem donec redderet uniuersum debitum. Videntes autem conserui eius que fiebant contristati sunt ualde & uenerunt & narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc uocauit illum dominus suus & ait ei. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit te misereri conserui tui sicut & ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet uniuersum debitum. Sic & pater meus celestis faciet uobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

C XIX

Et factum est cum consummasset ihc sermones istos migrauit a galilea & uenit in fines iudee trans iordanem & secute sunt eum turbe multe & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei temptan[...]